



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africanam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XXXIV. Religionis in Germania status.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT XXXIV.

RELIGIONIS IN GERMA-
nia status.

Germaniam olim Religionis ortho-
doxæ studiosissimam fuisse, testantur
abundè tot illustrium Episcopatum
& Abbatiarum dotes amplissimæ, cum do-
minio politico seu sæculari coniunctæ. Ad-
eò quidem, vt toto terrarum orbe nullæ
Germanicis Ecclesijs nobiliores aut poten-
tiores existant. Sed hodie, prò dolor, miser-
rimus est Germaniæ status, ipsis Principi-
bus in sectas adeò dissectas variè dissectis.

In Saxonia quidem, Misnia, & Pomera-
nia purus obtinet Lutheranismus, in Palati-
nato Rheno & Hæssia Calvinismus; in Han-
seaticis verò ciuitatibus partim Lutherani,
partim Calvinistæ dominantur. In terris,
quæ Brandeburgensi Electori parent, annis
superioribus plerique facti sunt Calvinistæ:
obstitère tamen Borussia, qui Calvinismum
admittere noluerunt.

In Bauaria & Stiria purè Catholici vi-
uunt: in Augustana, Spirensi, Hildefi-
mensi, alijsque dicecesibus Hæretici nostris
mixti agunt. Quibus quidem totâ Germaniâ
conuertendis, cum ordines oēs Religiosi, tū
Patres

Patres Soc. Iesu præcipuè dant operam. Habent ij in Germania, vicinisque ditionibus Collegia amplius L. X. in Prouincias tres distributa.

CAPVT XXXV.

SOCIETATIS IESV COLLEGIA
in Germania.

IN Germania tres habent Prouincias Patres Societatis Iesu, in quarum Collegijs iuuentus optimis & moribus & litteris accuratè imbuitur: vel ipsorum etiam Lutheranorum iudicio, qui non rarò liberos etiam suos ad ea Gymnasia erudiendos mittunt.

PROVINCIA GERMANIAE
superioris.

Collegium Ingolstadiense.	<i>Ingolstat.</i>
Collegium Monachiense.	<i>München.</i>
Collegium Dilinganum.	<i>Dilingen.</i>
Collegium Augustanum.	<i>Auspurg.</i>
Collegium Ratisponense.	<i>Regenspurg.</i>
Collegium Oenipontanum.	<i>Insprug.</i>
Collegium Halense.	<i>Hall.</i>
Collegium Lucernense.	<i>Lucern.</i>
Collegium Friburgense.	<i>Friburg.</i>
	<i>Col-</i>